



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

Admodvm Reverendo In Christo Patri Ac Domino, D. Leonardo Bettenio
Celeberrimi apud S. Trudonem cœnobij, Antistiti dignissimo Henricvs
Sommalivs è Societate Iesv, S. D. P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

A D M O D V M

REVERENDO IN CHRISTO PATRI

A C D O M I N O ,

D. LEONARDO BETTENIO

Celeberrimi apud S. Trudonem cœnobij, Antisti
dignissimo

HENRICVS SOMMALIVS

è Societate IESV, S. D. P.

Presul admodum Reuerende, tertius hic Tomus, qui tui nominis auspicijs prodit in lucem, vitas offert quorundam virtute prestantium virorum, quos apprime THOMAS A KEMPIS nouit. Precor Deum Opt. Maximum, ut authoris labor, item & noster, eius gloriam illustrare, ac complurium salutem promouere possit. Certè religiosi tua fidei conceditis, imò & alijs, duplex, ut spero, emolumentum afferet: solatium scilicet quotidianum, si voluerint: & pulcherrimarum virtutum emulationem. Quos quidem fructus si fuerimus consequuti, abundè labor omnis compensabitur. Vale mi Reuerende atque religiosissime Archimandrita, in annos plurimos. Gaudii, anno 1600. 28. Maij.

F F F 4

VITA



VITA

B. LIDEVVIGIS

VIRGINIS.

Huius B. Lideuigis virginis nomen diuerso modo à varijs scribitur: nunc Lydia, nunc Lideuigis, nunc verò Liduina: hic auctor Lideuigem ut plurimum vocat.

PROLOGVS

IN VITAM

B. LIDEVVIGIS

VIRGINIS.

Religiosis fratribus Canonicis regularibus monasterij S. Elizabeth prope Briclem, in partibus Zelandiæ constitutis: Frater N. pauper peregrinus, orationum vestrarum suffragia humiliter petens.



*Dilectissimi in Christo fratres, cum simus vnius ordinis & regula professores, iustum est, ut, secundum dictum apostoli Iacobi, pro inuicem oremus, & fidem nostram bonis operibus adornemus, atque charitatis vinculum in vera charitate custodiamus. Scire igitur dignetur fraternitas vestra, quod rogantibus fratribus vestris, libellum de vita sancte & patientissima Lideuigis virginis perlegi: & sicut diu desideratis, eundem breviori ac planiori stilo compositum, vobis nunc ad legendum ex charitate transmitto. Non agrè capiat, quod distuli: nec presumptio-
us deputeris, quod feci: quia ad faciendum, consilium venerabilis*

Prioris

Prioris vestri accessit, & me animauit. Nam quod imprimis difficile mihi videbatur, Deo iuuante, per orationes vestras tandem ad effectum peruenit.

2. Totam autem materiam libelli in duas partes distinxi, & singulis partibus propria capitula pranotauit. Plura etiam de consilio quorundam religiosorum omisi inserere, qua forte quibusdam simplicibus, dubitationem aut quæstionem intricatam, ingerere videbantur. Elegi ergo ex multis, ea potius scribere & colligere; qua mores instruerent, & humilem imitationem legentibus liquido demonstrarent. Sunt tamen fere omnia omni admiratione digna meam experientiam excedentia, qua maioribus iudicanda committo. Spero autem, quod vota humilium, Deo magis & ipsi sanctæ Virgini grata erunt & complacent; quam altiora scrutari, & de secretis Dei insipienter fabulari.

3. Nec moueat aliquem, si interdum Lidia aut Lidcuuigis in litera ponitur; quia hoc etiam in alijs Sanctorum gestis inuenitur: sicut Agna pro Agneta, VValburga pro VValburge, congruè dicitur. De Lydia in Actibus Apostolorum legitur, quam Paulus Apostolus ad fidem conuertit & in eius demo hospitium habuit. Nostra autem Lydia, plures religiosos ad colloquendum de diuinis libenter acceptauit: & ab Angelo sancto edocta, gratiam supernæ consolationis, tribulatis corde sapius intimauit.

LIBER PRIMVS
DE VITA
B. LIDEVVIGIS
VIRGINIS.
INDEX CAPITVM.

D E loco & natiuitate Lidcuuigis virginis, & probitate parentum eius.	Cap. I.
De deuotione eius ad imaginem B. Virginis.	II.
De firmo proposito eius in statu virginitatis.	III.
De initio infirmitatis eius, & occasione longa aegritudinis.	IV.
De sententia cuiusdam medici, & miraculoso facto circa eam.	V.
De modicitate refectiois eius, per plures annos.	VI.
	De